

Causam adfert Aristoteles nonæ sectionis, vndecimo Problemate, humoris copiam. intellige aquei. multitudo enim humoris aquei in concocti, nigrum efficit colorem. & locus ob caloris inopiam congregat multum inconcoctum humorem. In oculo verò albæ sunt, quia cum fiunt in cornea tunica, quæ nigra est, propter vucam contrarium colorem parti contrahunt, vt docet idem Problemate septimo eiusdem sectionis. nam nigrum albo oppositum albicat. Sed quare principio videntur albæ cicatrices? huius quidem causam subticet, secundo Problemate eiusdem sectionis, attamen dici potest id vsu venire, quòd in principio non confluit humor inconcoctus: sed quoniam membrum ab vlcere & cicatrice infirmatur, defluüt eò humores superuacanei, atque ita apparent nigra. Quòd si scisciteris, quare equorum cicatricibus pili proueniunt? id fit ob cutis eorum laxitatem, vt docet Aristoteles, & Alexander Medicus libro primo Problematum.

» Καὶ τὰ πρὸς τοὺς κροτάφους, μάλιστα πάντων πο-
 » λιοῦται. καὶ ὅλως πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς καὶ πεπονθότας
 » τῶ τόπων. παρὸ καὶ παρὰ πάντα μάλιστα, εἰς ἕτερον δὲ χροῶ
 » μα μετὰβάλλει, ὅταν τινὲ φύσιν παραλλάξῃ τινὲ οἰκείαν.
 » καὶ γὰρ λαγῶς ἢ ὄνη γέρονε λευκός. καὶ μέλας δὴ ὥστε πεί-
 » φηνε καὶ ἔλαφος ἰσχυρῶς ἀγκυρῶς, ὁμοίως δὲ τούτοις, καὶ ὄρ-
 » τυξ, καὶ πέρδιξ, καὶ χελιδὼν. ὅταν γὰρ ἀσθενήσωσι τῆ γενέ-
 » σει πάντα τὰ τοιαῦτα, εἴτε τινὲ ὀλιγοτέτα τινὲ τροφῆς,
 » πρὸ ὄρου ἐκπετόμενα, γίνεται λευκία.

» Et quæ sunt circa tempora maximè o-
 » mnium canescunt, & in summa circa infir-
 » ma & laborantia loca. Propterea & omniū